

Oratio de scientiarū om

nium magnarumq; artium laude ab Anto-
nio pinto habita apud Vuiuersam Co-
nimbricensem Academiā Ka-
lendis Octobris Anno
Domini. 1555.

28

*Ad illustrissimum Ioannem Ducem
Daucero.*

CONIMBRICAE.

*Apud Ioannem Aluarem typogra-
phum Regium.*

29



VAM ILLVSTRISSIMO LAVDATI-
simōq; Dnō Ioanni duci de Aueiro primo.
Antonius Pintus cum veneratione.

Magna. S.

CVM postularent amici, Dux quādā Illustrissime, vt orationem, quam de scientiarum commendatione calen. Octob. publice habueram, vellem emittere: primū equidem recusaui, veritus ne emissa illa oratione, quam nec tempore satis, nec ocio mentis adiutus (quæ duoscis ad scribendi studiū maxime requiri) sed partim dolore, partim negotio impeditus composuerā, temere in varia hominum iudicia diueriasq; voluntates inciderem, nā cum Idib. Augu. infauastam sanè & acerbā de obitu fratis patruelis mei ferdinādi de campo, in quo & amore & spem collocabam, epistolam accepisse, confessim ad eius sororē leonoram, que me accersierat, profectus sum, vt ad eius negotium apud Serenissimū Regem cōficiendū, cuius pro incredibili pietate & beneficentia tua patrociniū ac protectionem suscepisti, ōnia tuo iussu præpararem. Sed cum postulantibus amicis rem, vt sibi videbatur, honestam resistere nō possem, tuo fretus prāsidio, princeps maxime, hoc publicæ editionis periculū subiui. Itaq; paruum munusculū tibi multis de causis offerre sum ausus, tum quia te studiorū omniū egregiū & laudatorem & patronū academia nostra nacta est, ita vt quicquid sit de scientiarū laude tuo nomini consecratum, non dubitem, quin & placi de accipias, & iucunde ac alacri animo perlegas: tum quod hunc ingenii mei fructū, quantiuscunq; est, tuo tibi iure reffere debui: nam quoties in regiam tuā me conferebam ad sororia negotia opem expetens, toties clarissimū os tuum & iucundissimū, in quo tantū ingenij & eruditionis lumen appetet, me maxime ad scribendum illustrabat: accedit etiā te illis virtutibus, quas in optimo Princepe inesse oportet, humanitate & beneficentia prestantissimū esse. Accipiēs igitur hanc oratiūculā, quia parua tuo nomini consecrata sit: Arthoxerxis illud ante oculos pones, Εασιλί'νον εὐάι μηνέα λαμβάνειρ. Leonoræ sorori opitulaberis, cuius equidē, nisi eā prāsidio haberet, granus miseria & orbitatē, quā fratri desideriū dep̄orarē: opitulādi munus recordabere te, cū Princeps natus sis, à Deo opt. Max. accepisse. Vale Dux foeli cissime, deūq; precor, vt maximā Nominis tui Amplitudinē cū illus trissima natorum tuorum prole diutissime foelicissimeq; conferuet,

Conimbricæ. Idib. Octob.

Oratio de scientiarum omnium, magnarumq; Artium laude.



Vām Vellel Rector dignissime, Patres conscripti, Georgi illustrissime, viri uobisissimi, Ut quæ duas res ad dicendum maxime valent eloquentia Et autoritas, has pro me hodie non die, hoc vestro ornatissimo consessu, hac cōiunctissima corona facere viderem. Verum cum nec ingenio, nec studio, nec doctrina, quibus illa comparatur, satis possum, nūllæ sunt causæ, quibus ego vel aliquam de me ad dicendum cōfidentiam concipiam, vel si temeritate aliqua impulsus conceperim, non deponendam existimem. Nec me hercle dubium esse puto, quin vobis hodie & temerarius, & iuuenilis cuiusdam arrogantiæ appetens esse videar, quod huius loci autoritatem contingere ausus fuerim, quem solent summi & eloquentissimi oratores tantum concendere, quorum eximia dicendi vis cum rurē pondere, sententiarum grauitate, verborum copia, & suauitate coniuncta satis superq; affirmare potest, quā cum ilia nullo modo sim comparandus. Orarunt ex hoc loco permulti ingenio & industria viri, atq; ita orarunt, vt quoties eorum orationes, ex quibus tantum audiendo cepistis & voluptatis, memoria completemini, toties illos non solum summe landetis, verum etiam dignissimos esse arbitremini, in quos amplissima beneficia conferantur. O me miserum, O me infelicem, Si nūnc quis vestrum, secum cogitet: Vnde nobis tantus orator? quid audacissimus iste? quid post tam egregios & suaves oratores dicere poterit? quid,

ORATIO.

nisi quod humili vulgo dignum sit. Agricolarum, & opificum turba? quam obrem non semel mecum cogitauit. Vt illiusne fuisse mihi rem tantam. Et quæ tantis ingenij, & eloquentia viribus indiget, nunquam suscipere, an temere à me suscepta incurvare in reprehensionem doctorum hominū, atq; prudentium: eò q; magus, quod me hodie hominē ignotum, nec satis in dicēdi vñs exercitatione versatum non modo nullam ad cantarū rerū parem orationem afferre posse, sed etiam aliquam inanem glorio lam querere existimabitis. Forsan queraris à me, quia tantus iste timor sit, quæ tanta dicendi formido, præsertim cum de eiusmodi re dicendum sit, in qua nemini deesse posse videatur oratio, quo in loco eorum oculos in me coniectos habeo, & aures atticas, quorum benevolentiam, & fauore erga omnes huius loci, & causæ oratores parientes mehercle iam huius atrij posse loqui videntur: huic ego quæstioni, si qua foris apud vos fuerit, facile respondere possum, eò q; facilius, quod vos non ignorare puto: quā ardua, quam difficilis, quam periculosa res sit, cum cuiuscum aliqua præstantis ingenij facultas, & vñsita dicendi consuetudo desit. Velle tamen hoc plenissimo theatro summas Artes, atq; scientias oratione consequi apud sapientissimos doctores, sum mōs q; philosophos, quorum Animos adhuc illo magno, & suavi sapore, quem ex aliorum ante orationibus accepérunt, imbutos, & perfusos esse credendum est. Mouet me quoq; atq; à dicendo deterret hominum Varia, ac dissimilis in iudicando Natura, adeo vt per beatimi mihi videris soleant, qui eum in dicendo cursum tenere possunt, quo istas ingeniorum varias, nimisq; discrepantes inter se sententias, tanquam Vadosas alias Syrtes euadant. Quo igitur patres conscripti cum tanto rerum one

ORATIO.

re configiam? quod ad mimiculum peccam? quem baculum hoc orationis cursu suscipiam? nescio profecto, si me hodie vñtra humanitate, quæ tam multis hoc loco, & hac causa auxilio fuit, destituendum putatis. Quare vos oro atq; obsecro humani simi Viri, vt me quoq; sicut alios huius rei elocutores, dignum existimetis, cui bona cum vñnia & attentione faueatis. Atq;, vt iamposito ante oculos Diuino Numine ad rem ipsam, que est propria nostræ orationis, aggrediar, operæpræcium vobis facetus videbor, si, quemadmodum Astatus solensis Astronomus, enīs ἀρχομέθη, incipiendū putauit. sic ego ab illo Principe Deo rerum omnium parente narrationis huius initium ducā. Sūmus Ille Deus, quē pleriq; veterū philosophantū inuestigare et cognoscere potuerunt, colere, vt ait Beatus Paulus, ac Venerari nemo mundum hunc, cuius ambitu vinciuntur omnia, tanta conuenientia, tantaq; pulchritudine composita ac perfecta, vt nō modo ob id nō posso hoc est ornamentum veteres graciapellaverint, sed etiam præstante aliquam æternāq; naturā esse crediderint, a qua gubernaretur. Huius infimam hanc partem, quæ terra dicitur, in media totius mundi sede locauit. Cuius cum vñberes agros considero, lenes fluvios, facundas arbores, varios & copiosos fructus, gelidos ac perennes fontes, reconditas etiam auri, & argenti diuicias, volucrum dulces cantus, sic afficior profecio, vt amorem & beneficentiam Dei erganos, non facturāmūd perspicere videar. Hæc nos, quemadmodum à Plinio dictū est, nō solum, cum nascimur, primum excipit suo gremio, sed namcos iam nutrit ac sustentat. Quia de causa existimo communē hominum ac deorum matrem poetarum carminibus fuisse appellatam. Terra finitima posuit aquam illo immenso & spaci

ORATIO.

oso mari, quod magnum et oceanum dicitur, contenta atque coercitam ea lege, ut quanvis ventis impellatur, et astu continuo fluctuet, non posse tamen hanc partem terrae aqua occupare, quam Diuina Prouidentia rerum omnium moderatrix nobis, ceterisq; animantibus, quae terrestria sunt, ad vitam tuendam et conservandam separavit. Hac inter alias comoditates semina visceribus terrae conglutinat, et terram ipsam ad procreandas fruges irrigat ac perfundit: quae res illum asianum Thalete impulsit, qui primus in gratia sapientis nomen adeptus est, ut aqua rerum omnium, quae natura sunt, et principium, et alimentum putarit. Post aquam est tertium corpus locatum, qui a latinis et gracis uno nomine aer appellatur. Vitalis hunc nobis dedit, et per cuncta rerum genera meantem fecit. Huic quartum apposuit ignem, quem si est ratione Rerum sustuleris, nec vita hominum, quae plurimum hoc vertitur, nec Rerum ipsa natura permanere et conservari poterit: est enim in eomouendi aefficiendi quedam vis, unde moti sunt priores, ut lucida illa et rotunda sidera sempiternos ignes appellauerint: ex quibus non solum ea, quae genita sunt in mundo, contineuntur, et ignem quendam influxum accipere, sed etiam animos hominibus provenire rebantur. Prater hanc rerum prima initia, quintum corpus constituit inferiorum certe natura et perfectione multum dissimile, quod cælum dicitur, animatum ac diuinum: quod non modo templi sibi esse voluit, et quo res humanas prospiceret, sed etiam mundi huius inferioris regimen et gubernaculum; immensum est, conspicuum, clarum, et omni confictione liberum, elegancia summa et perfectione absolutum, et quod admirabile eius artificium demonstrat, lucidissimis illis astris, tanquam smaragdis, et pyropis quibusdam cælatum, ac splendens: quamob: en-

ORATIO.

Cælum dictum arbitratur latinorum sapientissimus Varro: fabricato et adornato mundo. Animal, quod tantarum rerum aspectu et ornamento caperetur, est limo terræ procreauit sensu, ac intelligentia præditum, quem vocauit Hominem: cuius causa cuncta alia ab ipso effecta fuisse non ignoramus. Atque huc cum reliquis animantibus, quae ventri prona, et obedientia sunt, voluisse anteferre, duobus vestiuit ornamenti animo, et corpore. Atque hæc ita coniunxit, ut Animal hoc tam excellens, tam diuinum sensum omnem animi sui est miseris et mortali bus terris ad cognoscendum, et amandum deum educeret. In quo Diuus Angustinus tota vim et rationem hominum posuit, ut Deum Autorem viræ, et semper eternæ ac suauissime felicitatis datorem perfecte cognoscerent, eumquecum satiscognitum et perpetuum haberent, summa cum pietate et fide venerarentur. Atque ad hunc maxime finem omnia tum corporis, tum animi instrumenta concebat: nam corpus ipsum, ut illud primo consideremus, ita figurauit et composuit, ut et pulchritudine, et venustate, et Symmetria partium inter se facile reliquis corporibus antecellat. et cum cæterorum animalium corpora abiecta et inclinata fecisset ad pastum, homini sublatum et erectum dedit, ut posset ad eum locum, unde sibi Animus datus est, tanquam ad propriam cognitionem futurumque domicilium oculos eleuare. Corpori sensus dedit, quos non imbecilles, aut fallaces Aliquos nuncios, sed veros Indices et interpretes rerum subiectarum haberemus. et quoniam adducenda etiam intelligentiarum rerum simulacra nobiscõcebis: siue, eos idcirco aliorum animalium sensibus loge praestabiliores ac rati-

ORATIO.

liores esse videmus. Præter hæc illustria & magnifica corporis
ornamenta animū dedit cœlestē, immortale, diuinū, cui unī
uersi corporis sensus tanquā proprio domino & imperatori pa-
rerent. Cuius quidē tanta præstātia est, tanta diuinitas, tanta
cum Deo ipso similitudo & affinitas, ut certe mihi veteres illi
sapientia & exploratores non tā laudādi videātur, quod immor-
talitatē illius argumentis & rationibus munerū, quam admi-
randi, quod ex diuina mēte deceptū credētes cum nullo alio, ni-
sicum Deo ipso cōparandum esse censuerūt. In quo numero fuit
Euripides ille cretensis, qui animū hominis Deo appellare nō dis-
bitauit. Ab quanto rectius hic, quā epicurus tantorū malorum
pater: quē sua voluptatis esca ita irremun, ut diuinū hominis
animū nō modo à natura corporis non separauerit, verū etiam
(quod horresco referē patres cōscripti) cū corpore simul interire
ac dissipari voluerit. Igitur id vere mihi licet dicere ex omnibus
donis & ornamētis, quā Deus Opti. Max. in animū hominis
contulit, illud maximū & clarissimū esse, quod cum insatiabili
quadā cōtemplationis & sciētiae cupiditate & amore vētiuit.
Sunt alia multa nō mediocria eius officia, ut cogitare, prouidere
discere, docere, inuenire, amare, odīsse, meminisse, verum ama-
& cupere sciētiam, hoc vero est, quod hominem perfectum
redit, & earum rerum, quā vīta beatam efficiunt, iam nunc,
cum in terris moratur, partīcipē. Etenim ea lege sunt procreatū
homines, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti
videntur, ut nulla sit res non modo magna aliqua, quales sunt
artes præclaræ & scientia, sed etiā parua, aut exigua quaevis,
cuius amore cognoscenda & audiita nō trahantur. Ad hæc

ORATIO.

scientia & cupiditatē accedit quoq; propensio quedā animi & ap-
petitudo: siquidē ad descendū & cognoscendū natura sumus prōp-
rii & affecti, nec enim est cur ea, quæ apud platonem in memnone
scripta sunt, probare debeamus. Cum aut animis humanis ab ini-
tio, cū in corpora veniunt, ingenitā esse, ac insitā rerū omniū sine
doctrina cognitionem, nec nos, cum celeritate nimia & cursu in-
genij res magnas, ac innumerabiles consequimur, tum primum
discere, sed reminisci ac recordari. Quanto plus apud nos vale-
re debet Aristoteles summi in omni sciētia uiri sententia, quē
ego puto eandem illā ingenij sui acie, qua rerum omniū naturam
vīm q; viderat, ad intelligendā animi virtutē & diuinitatē di-
rexisse: in quo non impressas aliquas, quē admodū platonī vīs
est, et quasi consignatas rerū notiones esse voluerit. Sed ita rudē
ac expertem initio nobis infundi, ut eum cum tabula aliqua ra-
sa & inculta, in qua nihil depictum signatum ēst, comparā-
dum puet. Nec nos propterea naturam cum plinio hominiū no-
uercam appellemus, quia cum reliqua animantia sua quæq; per
se munera tenere & scire voluerit, alia vēlocia, alia volantia,
alia vires habentia, alia natantia spontē nasci, hominem scire
nihil, non fari, non ingredi, non vesci sine doctrina videmus.
Quæ quanquam ita se habent, illud tamen non mediocre nobis
censendum est felicitatis humanae adiumentum esse, quod ani-
mum talem acceperimus à natura, ut ad omnes scientias
& artes audīsum eum, & propensum habeamus. O diuinam
animi virtutem: O cœlestē & admirandā naturam: Quam
ideo concessit homini Deus, ne quem tam excellentem, sagacem,
memorem, prouidum, rationis consilij, participem genuisset, eō
dem præclaro & diuino sapientia munere priuare videretur.

ORATIO.

Est enī sapientia ab illo immenso & imortali Deo omniū honorū Autore profecta. Quia cū nihil melius, nihil præstantius, nihil ad oēs res tū publicas, tū etiam priuatas pertinentius nobis datum sit, diuinus Plato & inuentum, Ec donum dei appellare non dubitauit. Nec immerito: siquidem eam Solomon omnium diuino munere factus sapientissimus ait ex ore altissimi & supre- mi Dei prodijse. Hæc est, Hæc est data homini cultura, ad om- nianō modoradicitus virtus extrahenda, sed etiam ad fructus scientiarum, & virtutum capiendos. Non possum vullo modo tacitus præterire illam singularem, ac penè diuinam Stoicoru sententiam: quibus tantum sapientia nomen usum est, ut non solum inter eam, & bonitatem discrimen nullum ponere (eosdem enim sapientes, & bonos unum nomine appellabant) sed etiam ex eorum vita, qui sapientes essent, omnem tum animi, tum cor poris perturbationem tollerent atque extirparent: naturaq; il lud comparatum esse, sapientes nullo dolore, nulla cupiditate, nullo metu, nullalibidine, nullo q; aliorum etiam affectuum la befactari, vinci, aut expugnari: debere: sed magnitudine consili, humauerum casū tolerantia, contemptione fortunæ, virtus, & sapientia sue præsidio munitos omnes harum rerum & perturbationum impetus ac excursiones propulsare. Quamobrē arbitror fictis fabulis dixisse poetas, sapientia ē iouis Apollē w te & eō te nātēs, ut inquit Homerus, cerebro fuisse natā, tū etiā sa ua Gorgone, parma, hastaq; tremēti armatā. Quia quoniā in re bus bonis & expetēdis maxima est, præter omnes artes, & virtutes insigne nos quoq; docet & hortatur, ut nostri cognitionem habeamus. Cuius verbi tanta vis est, tanta dignitas, ut illud non Ghiloni quidem lacedemonio, à quo prolatum fuit, sed del-

ORATIO.

phico Apollini tributū sit, aureisq; literis in eius tēplo cōsacratus. O magistra morū sapientia: Animi pabulum è cœlo datum. O ma ter omnium artium & scientiarum: Quæ, obsecro, præmia? quas dignitates? quos honores homines per te cōsequuntur? quos tu amorestui? quæ desideria in animis nostris excitares, si, ut inquit Plato, oculis corporeis cernereris? huīus studium, viri no bilissimi, qui diligenterissime & amantissime sequuntur, non solū mihi perbeati videri solent, sed etiam proprio nomine Philoso phi appellantur. Q uod nomen ut ab honestissimo amore sapiē tiæ ortum habet, sic certe omnium magnorum R egum, Duciū, Imperatorum, & eorum, qui in R eip. administratione præcla rissime versantur, nominibus anteferendū est. Quæ res (ut etiam exemplis vtamur) illum atheniensem Socratem tenuit ijsdem in vestigijs immotum ac inconvenientem oculis in unum locum defixis εξελιγεις ἡλιος sic cogitante, quasi quandam se cessum mentis & animi à corpore fecisse videretur, nisi studiū sapientia? In quo tantum modestia seruauit, ut ob id meruo Apollinis oraculo omniū sapientissimus fuerit indicatus. Quæ vis huīus auditorem Euclidem megarensem impulit, ut præter grauiissimum atheniensem decretum capitis sui periculum contemnens athenas noctu ad Socratem commearet, nisi ut noctu saltē aliquo tempore socratis voce & doctrina fruere tur? quid illa Platonis, quid Pythagoræ peregrinatio? quid democriti obcacatio, ne animum à cogitationibus alienaret, si gnificat, nisi magnum & admirabile in ijs studiū sapientiae fuisse? Q uid de Alexandro dicā? qui tanti fecit studiū sapientiae, ut non imperio quidem suo, quod ille prælijs & victorijs maximis per omnes totius orbis terrarum regiones dilatauit:

ORATIO.

Non generis diuinitate, quo se ioue satum sapissime gloriatus fuit, sed studio sapientie se ceteris hominibus atque celere putauit. Non possum hoc loco non commemorare, quoniam a Vobis concedi, Humanissimi audatores, tribui sentio, egyptiorum hominum consuetudinem: Quibus cum adeo magnum est prestantis philosophorum nomen videretur, solis ijs absolutis et illustribus viris pro comperto habuerunt universae reip. gubernacula esse comedenda. Mitto artium omnium et scientiarum studia: mitto legum instituta: Que omnia a Philosophis inuenta, tractata, lecta, scripta et notata legimus. Quapropter a lachrymis me abstinerem non possum, id quod vobis omnibus dolori esse puto, cum nomen hoc tam insigne, tam amplius multorum deturpatum, negligentia fratrum video. Qui studium sapientiae, quod nobis praesidio vita datum est, ut inane et pernitosum Reip. repudiandum putant. Quam ob causam plures reperimus, qui non vera, et immortalia bona, quales sunt artes praelare et scientiae, sed falsa, turpia et non permanentia studio et amore nimio sequantur. Heu dementiam eorum, qui tantopere fortunae ludibria expetenda purant: que qui expetunt, eos nullis artibus nullisq; praecipiis eruditos cernimus; spe varia semper et incerta pendentes. quos omnes, cum iam se beatos, cum se florentes putant, fortuna ipsa immutato rerum apparatu misere deicet. atq; prosternit. Alios etiam videmus, quibus ornamento domus, et forme pulchritudine delectantur. Sed quid pulchritudo corporis, quid generis nobilitas, quid elegantia domus ad bene beatos vivendum confert? praelarisimus est, ut scriptum habemus a Platone, thesaurus virtus maiorum, at multo praelarior stheneo poetae videtur maiores virtutis gloria

ORATIO.

et praestantia superare. nam quem fructum nobis ea, qua multi abutuntur, nobilitas maiorum afferre potest? quam non potius ignominiam aut dedecus, si improbi ac ineruditus sumus? Diogenes ille Cynicus Alexandri contemptor, cum esset inuitatus a quodam, qui conspicuam satis et ornatam domum habebat, spumatum excreaus in illu coniecit: cum is agreferra, nihil, inquit Diogenes, in tota domo neglectum, nihil inornatum, nisi te conspicio: nam parietes omnes egregijs picturis ornati sunt, pavimentum tesserae preciosis extructum, tectum mirabili artificio elaboratum: lectus et eius fulcra insignia, vas a aurea, et argentea pura, te vero harum rerum omnium dominum omnis quallorem et situm contaminatum cerno. Utinam tantam vita deformitatem, tantamq; imperitiam negligentia parentum non contraheremus. Quo tempore amplectenda sunt artium et virtutum studia, tenera puerorum corpora deliciis et voluptatibus cornimpi sinunt, blandaq; educatione vires omnes ingenij debilitari. Quamobrem mihi iure laudatus ille videtur Solon sapientissimus, quod legem sanciuit, ne quis patrem suum, a quo nullus discipulus et virtutibus traditus fuisset, alere et sustentare cogeretur. Hinc satis sentire possumus, vir mobilissimi, quam litterarum studium externis et fortuitis bonis preferendu sit. Quod cum satis contemplantur Boethius seuernus Maximus liberalium studiorum illustrator, eiusq; bona secundum consideraret seminariu quoddam disciplinarum omnium appellavit. Atque ut harum commendationem recte et suavi orationis ordine prosequar, olea quedam nobis Minerua, quae sapientia interpretatur, oculos constituta est: ecclius pulcherrimus, et ornatissimus ramis disciplinas omnes decerpamus. Igitur in primo huius arboris Ramo nobis floret. Grammatica, que om-

ORATIO.

nium artium, quæ ad sermonis habitum pertinent, suo iure sibi
primum locum vendicare potest. Hanc artem commendans
apud Platonem Socrates hoc ei imprimis laudis tribuit, quod ma-
nem ac debilem futuram arbitratur omnem doctrinam, quæ
grammaticæ viribus, et quasi nervis suffulta ac solidata non
fuerit. Vehementer enim ad intelligendas omnes alias artes et
scientias conferre existimat, si et literarum ratio, et nominum
vocabulorum doctrina, quæ grammatica est, perfecte et ornare co-
gnoscatur. Cuius parum assentitur M. Fabius Quintilianus,
qui grammaticos scribit tantum in omnibus literaturæ genere no-
men habuisse, ut non modo poetarum, sed etiam scriptorum omo-
num iudices constituerentur. Nam et versus censoria quadam
virgula notabat, et libros, qui falso videretur inscripti, remo-
uebant, autores alios in ordinem redigebant, alios eximebant
numero: inter quos fuit Aristarchus ille maximus huius artis
splendor, qui de Homero, et Pindaro prudentissimum et claris-
simum iudicium fecit. Ac mihi quidem in summas artes ac
doctrinas intuenti talis quedam Grammatica videri solet, ut
sola possit à reliquis separata per se plurimum prodesse, et
delectare. Nec enim est illa professio, à qua tam frequentem
et paratum fructum capiamus, quam grammatica: nam de
numeris, magnitudinibus, musicis et astrorum cursibus perra-
raro quidem, et quasi successivis temporibus loquimur. At græ-
matica semper parata est, nullo loco excluditur, omni tempore
nos adiuvat ac comitatur. Non dico viri nobilissimi, ne vobis lo-
gior esse videar, quæ præmia, quæ beneficia ureconsulti optimi
et sapietissimi viri in eos conferunt, qui in grammaticæ do-
ctrina excellentes existunt. Mitto Apollodorum huic facultati, si

ORATIO.

cui nomen declarat, Ab ipso Apolline datum, cui Amphy-
Etiones gracie amplissimam dignitatem cōcesserunt: mitto An-
tonium Enicphonem, ad cuius scholam fese M. tullius post for-
sia negotia conferebat: mitto alios huius artis clarissimos docto-
res, quorum per amplum et illustrerum nomine jatis nobis persuadet,
quam non modo summa cognitio, sed etiam diuinitas quædam
hunc studio inesse videatur. Quod certe vos multo magis credi-
turos existimo, si artem hanc videatis, præter prima clemento-
rum studia, alia quoque multo maiora, præstabiliora, meliora
ac diuiniora poetarum et historiorum considerare. Ac pri-
mum de poetis: quorum cum numen, musam, diuinum furorem
admiraretur sapientissimus Plato, poetas tum deorum inter-
pretes Appellabat, tum etiam (quod vix credendum videtur)
omnes scientias ac doctrinas in poetarum carminibus reperiri
dicebat. Cuius rei hoc signum erat, quod poetæ ipsi amoto iam
furore vix intellectus carminum suorum virtutem ac diuini-
tatem consequeretur. Quod cum veteres sapienter non ignora-
rent, poeticien multo magis, quam reliquias artes, colendam cen-
suerunt, quod intra eam seu cōmune quoddam receptaculum ceteræ
contineri videntur. Itaque non iam poeticien illam, sed primam
quandam philosophiam ac theologiam nominabat. Accerte poe-
tas Aristoteles scribit apud priscos et primos philosophos,
et theologos appellatos fuisse. Quam magnam ac diuini-
nam poetice laudem in Mose, Davide, Iob, Esaiâ, ceterisque
huius ordinis, ac studij sanctissimis Prophetis inuenire possumus:
qui mihi illo ipso diuino Numinis, quo res sacras ac omni admis-
tatione dignas decantarunt, afflati fuisse videntur, ut metri
potius quam aliud sermonis genus ad decantandū inueniret. De quib[us]

ORATIO:

bus diuus Hieronymus in Eusebiū ait. Quid psalterio suauius
quid flacci, et pindari nunc iambico, nunc saphico pede fluēs ly-
rā refert? Quid deuteronomij, et Esaiæ cātico puchrius? quid
Solomone grauius? Quid Iob perfectius? quæ omnia ab illis ex a-
metrus, et pentametrī carminibus cōposita fuerunt. Quid poe-
tas rerū suarū scriptores secum habuerit magnus ille Alexāder,
facile ex Plutarcho, et Cicerone nouimus. At q̄ is cū Dario Per sa-
rum rege vita, et imperio spoliato inter eius delicias Cistellam
quandam auro gemmisq̄ ornatā vidisset, varios eius us
cum dicerent amici, iusit Rex sapientissimus, ut in ea
magnum opus Homeri reponeretur. Sic enim delectabatur
Homero, ut eius Iliade, quā semper præmanibus habebat, səpi-
us quā puluino uteretur. Id etiam cū thæbas boethia caput bel-
lo capere, suis præcepisse dicitur, ne pindari poetae familiā, et pe-
nates attingerent. Quid? quod nobis declarat ipsa natura, quā
cū poetarū nomen colere et venerari debeamus. Quæ, cū cætera
rum rerum studia arte, et præceptu constent, poetam sua quasi
manu effecerit, et mentis viribus, ut ait Cicero, excitauerit.
Quā obrem scribit Diodorus carmen non ingenio aut industria
humana, sed diuino munere inueniū esse, et heliconijs Mu-
sis datum. Non igitur est, cur istas, quæ vulgò iactari soleat, poe-
tarum accusatrices voces audiendas putemus, poetas, cum ni-
hil præter inanes fabulas enarrēt non esse legēdos. Nā cur tā mul-
ta sermonis ornamēta, vitæ præcepta, documēta tantā exhorta-
tionū, sententiārū, delectionū, copiā, quæ in poetarū libris insita
et sparsa est, non legemus, ac sepudiabimus? cū præsertim socra-
tes apud platonem non solū poetarū opera diuina ac diuino quo-
dā oraculo edita appelleret, sed etiam doceat, ut in poetis versan-

ORATIO:

res non tā carmina, quā carminū sensa, et intellectum considere-
mus. Quid satis confirmat Horatius ad Lollium scribēs præcepta
vita pulchra, et utilia ab Homero melius et plenius, quā Chry-
sippo, et Cratore expressa fuisse. Nec solum poetice ramoso Historia
grammatica, sed historiam quoq; complexa est. Ex qua præter
alias innumerās, hac præcipue capitur utilitas, qđ hac res ma-
xime homines ad omnē laudē virtutis incendere potest. Quid
enim est, quo possint ad virtutem ardenter incitari, à turpi-
tudinibus, et vitijs acrius reuocari, nec periculis ullis, aut incō-
modis perterreri, quo minus honesta, et gloria facta imiten-
tur, quā bonorum omnium virtutē, et malorum prauitatem
in historijs tāquā in scenis publicis manifeste representari? histo-
ria certe maximorum virorum res, et illustria facta ab interi-
eu obliuionis liberat: historia (ut ciceronis verba cōmutem) tem-
porum testimonium præstat, veritatem illustrat, memoriam
cōfirmat, vitam instruit, vetustatem nuntiat. Nec etiam ab
hoc nomine abhorrent beatissimorum Euangelistarum codices,
quos historiam Euangelicā communī sermone appellamus. P.
ille Mucius pontifex maximus cum crederet nihil magis utile
et necessarium hominibus, et ciuitatibus esse posse, quā res gestas
literarum monumentis tradi, præclare et sapienter instituit, ut
singulorum annorum res in libros conferrentur, qui à definito te-
poris spacio Annales nominabantur. Eiusq; rei tabulam domi
sua proposuit, ut esset omnibus potestas et copia cognoscendi:
quod ignorare quid antenos acciderit, nihil aliud esse arbitra-
batur, quā nos perpetuo pueros esse: nec id iniuria: namq; illos
vivere atque atate frui non puto, qui rerum anteactarum
memoriam una cum atate sua non cōtexunt: unde dixisse: vi-

ORATIO.

detur. M. Fabius, historiam nobis conferre, ut quatum ad rerum notitiam attinet, prateritis etiam saeculis vixisse videamur. Quidquid Aegyptij, & Chaldei summo ingenio homines in Rep. instituerunt, ut sacerdotes & philosophi inscribendis rerum historijs occuparentur. Denique tanta est historiae vis, tanquam excellentia, ut etiam puerorum animos & mentes in scho lis delectet, & ad laudis studia incendat. Verum cum loquendi ratio per se non possit illum sermonis ornatum, qui in copiosa distinctione & eleganti oratione cernitur, efficere: doctrina quadam nobis diuino numine concessa in secundo sapientiae ramo floret, qua à gracie Rethorice, à Cicerone artificiosa eloquentia diciatur. Cum uscum tanta sit vis & potestas, ut possit dicendo quae justa, honesta et utilia sunt omnia auditoribus persuadere, merito eam atque optimo iure Sophocles tragedie princeps & dominam, et reginam rerum omnium appellauit. Certe Plato eius diuinam vim aspiciens inuentum dei nuncupat. Nam, ut poetarum testimonium relinquamus, qui inuentum rethoricae mercurio Deo attribuunt, quid nos excellentius, quid maius, quid diuinius eloquentia cogitare possumus? quia nos à brutis animalibus, quae saepe velocitate & viribus corporis vincunt, separat, hominius cætus tenet, mentes allicit, voluntates impellit quo vult, unde autem vult, deducit, turbas & seditiones populares comprimit, opem fert, excitat affictos, das salutem, liberat periculis, retinet homines in ciuitate, improbos & flagitosos vituperando à sagittis reuocat, bonos laudando paratores & audtores ad virtutem facit, excitatos militum animos sedat, iratos temperat, perterritos metu liberat, in dubio positos confirmat, postremo dat arma, quibus & Reip. mala propulsentur, & defendantur

ORATIO.

bona? Iulius ille Cæsar romanorum primus imperator cum videlicet quantum non solum adiumentum, sed etiam ornamentum regibus & imperatoribus afferret eloquentia, ad eius studium ita incubuit, ut nemini in dicendo cedens (quemadmodum ad brutum scribit Cicero) permultos superarit. Certe bellicas ille laudes, quales ipse Cicero pro M. Marcelllo oras commemoravit, non minus eloquentia, quam armis comparabitur dicitur. Huius etiam hæres Augustus, quo imperante res Romana felicitatis fuit, tantopere delectatus est eloquentia studio, ut bello mutantensi, cum in tanta rerum mole & occupatione versaretur, eius rei exercitationes, nunc legendo, nunc scribendo, nunc declamando nunquam omiserit. Quam venusta & utilis sit eloquentia, habemus apud Homerum optimum Ulyssis exemplum: quem sua eloquentia & diuis immortalibus gratum, & hominibus acceptum, et periculis varijs terraq; mariq; liberatum fecit. Nec mediocrem etiam ad huius rei laudem materiam esse existimamus, quod hanc unam cunctarum rerum facultatem praestant ingenio, perpetuo studio et plurimi disciplinis comparari oporteat. Quo ausdaciis dicendum est, perfectos philosophos, iureconsullos, Imperatores, Reip. administratores esse non posse, nisi se maxime in eloquentia studio exerceant. Quamobrem Temistoclem, Periclem, Teramenem maximos & sapientissimos gracie duces memorie proditum est, non prius se ad reip. gubernaticem conferre voluisse, quam singulari eloquentia et magnis dicendi viribus armati fuisse. E quibus Pericles tam potes fuit, ut fulgurare in dicendo suis videretur. Nec vos moueat viri Nobilissimi, quod Rethoricon olim è ciuitatibus suis Lacedemonij, & Romani expulerunt. Quod illi populi cum ef-

ORATIO.

fecerunt, cum nondum uberrimos & suauissimos Rethorica
 fructus persentirent, quemadmodum solent multa egregia &
 utilia, anteque cognoscatur, contemni ac repudiari. Cum tamen
 paulatim huius rei & honestatem, & utilitatem experientur,
 tum demum eam non solum in remp. suam admittendam, sed
 etiam summo studio & industria perdescendam putarunt. Ve
 rum eloquentia quanvis per se ornatisima & præstantissima
 facultas sit, quæ posset de quacunq; re proposita, ut apud Platone
 iactat leontinus Gorgias, apte & copiose dicere, tameneā mul-
 to ornatiorem, præstantiorem & potentiorem putabo, si quemad
 modum cum dialecticaramo coniuncta est, sic studio pariter &
 lucubratione cōiungatur. Sine qua nō modo nullam, qui reliqua
 rum doctrinarum stadia percurrunt, metam contingere possūt,
 sed etiam, in medio ipso cursu claudicant atque deficiunt. Cuius
 quidem rei nos admonet Plato, qui à litterarum curriculo
 clando, & mancos omnes summonendo arbitratur. Nam quæ
 ingenij claudicatio, aut que debilitas maior esse potest, quam in
 rerum cognitione, quæ in profundo puto Democrito latere visa
 est, sic velle versari, ut non possumus quæ vera, & quæ falsa sūt,
 cognoscere? Qui sunt, qui rerum difficilia proposita tractare,
 inuenire, & iudicare possunt? dialectici? Qui sunt, qui in omni
 studiorum genere palmam consequi possunt? dialectici? Qui sunt
 quibus aliarum rerum cognitio subiecta est? dialectici. Inter mul-
 tas, & magnas commoditates, quæ ipso nobis quasi partu dia-
 lectice cooruntur, illam maximam putat Aristoteles primus
 huius rei illustrator, quod cū in inquirēdo posita sit, facilimū &
 expeditissimum nobis ad omnium methodorum principia iter
 ostendit. Quare eiusrudes, qui reliquas disciplinas attingere

ORATIO.

audint, persimiles illis videri solent, qui in obscuris tenebris,
 aut infesta oculis caligine versantur. Nunquam mehercile ille
 ipse Aristoteles tantum laudis & glorie in studio sapientiae
 meruit, nisi differendi virtutia omnia, quæ in permultis Philo-
 sophis animaduertit, procūl à se remota reliquisset. Nunquā
 Accursius ille vester, vobis loquor iureconsulti, tantum no-
 men in iure ciuili consecutus fuisse, nisi artem hanc artium
 ceterarum lucernam ad obscurissimas ciuilium quæstionum
 tenebras, ut ille appellat, adiunxiſet. Quid de ceteris sapi-
 entissimis hominibus dicam, qui summam huius rei studio
 operam dederunt inter quos fuit ille Chrysippus solensis in
 dialecticis tam excellens, ut eius dialectica digna diis immor-
 talibus, si differendi ratione vii vellent, visa fuerit. Dia-
 lecticam Plato cum videret in distinguendo, dividendo, de-
 finiendo ac iudicando positam esse, necessariam ac utilem
 esse dicebat & ad interrogandum, & ad respondendum. Apud
 quem Socrates dialecticam cum reliquis disciplinis conferens
 ait, sed quominus his scientijs palmam concedendam pue-
 mus, una nos vetat dialectica, quæ cum circa omnes res ve-
 ra, falsa, antecedentia, consequentia omnia inueniat ac iudi-
 cat, arbitror omnes, qui ratione, & iudicio videntur, eam ce-
 terarum artium & optimam, et præstantissimam esse habici-
 ros. Diuum equidem Augustinum video, cum dialecticæ
 eam & naturam ante oculos posuisse, sic de ea locutum: nul-
 la scientia est aut facultas, quæ sola viuam magistri vocem
 (ut aiūt) requirat, nisi dialectica. Quid? quod ipsa ratio, quæ
 nobis sumus ille Deus precipuā dedit, et qua nos belluis præstare
 voluit, non tatas in nobis vires haberet, nisi dialectica auxi-
 ...
 D

ORATIO.

ORATIO.

lio confirmaretur. Quocirca mihi maxime reprehendendi videntur, qui nescio qua typhone, quibusne colubris exagitati huius re studium, quo etiam deos immortales delectari Platonici putabant, quasi tetur, insuave & inutile repudian- dum putant. Q uod non putarent profecto, si in quam va- rios errores & Epicurus ille, & alii dialecticae contemptores inciderint, non ignorarent. Plura de dialectica dicerem, ni- si me & defesum iam superiori trivio, & aliquo, ut vi- detis, sudore perfusum ad suum amanissimum & viridi- simum ramum vocaret Arithmetica. Q uam Boethius seuerinus principem tum ad suscipiendam, tum ad ingre- diendam aliarum rerum rationem existere arbitratur. Nec immerito: siquidem omnes artes, quae ad studium sapien- tiae pertinent, habent quoddam commune cum Arithme- tica commertium, & quasi societate quadam illius fruun- tur. Arithmetica Certe Nicomachus Pythagoreus sapiens omnem humanam laudem minorem existimat, diuina eam commendatione prosecutus est, cum ait eius exemplar à Deo spectatum fuisse, qui omnia, quae in mundo constituta sunt, numero digesserit, composuerit, perfecerit: Arithmeticam huius socij Pythagorei sapientissimi viri tam infusam, & immersam rebus omnibus esse crediderunt, ut numeros omni- um rerū principia posuerint: à quibus & bonorum genera, & cœlestiū rerū ordines, & animaliū cōstitutiones proficiscerentur: ita ut sine numeris, quasi quodā diuino oraculo admoniti nec Deum Op̄i Max. esse dicerent, nec diuinos animos corporibus humanis adhiberi. Arithmeticae horū princeps Pythagoras admiratione captus saepē dicere solebat: nescio quid diuinitatis

in numeris inuenio, quod nec oculis cerni, nec sensibus percipi, nec animo cogitari potest. De Arithmetica Archytas ille ea rem in singulari sapientia vir loquens ait: præclare mihi videntur studium, & ingenium suum ad coniectandas re- rum disciplinas contulisse, nec tempus ullum etatis sue ab ea re procul egisse, qui cum omnem universitatem naturam partesq; contemplarentur, Arithmeticam & inuentam, & aperiam nobis reliquerunt. In Arithmetica non solum gra- dus quidam, & quasi pontes constituti sunt, per quos ad ali- as artes ascendamus, sed etiam ad communem & summi vi- te humanae quantum pertineat, hinc facile perspici potest, quod sola hæc aut publicis aut priuatis in rebus sumptus an- numerat, permutationum, emptionum, venditionum, pacto- rum conuentorumq; omnium rationes custodit. De Arith- metica quæ qualiaq; Plato dixerit, tacitus nullo modo pre- terire possum: qui non solum Arithmeticum sapientissi- mum animal appellat, sed etiam Arithmeticae studio sic animos hominum ad cognoscendationem & modum infor- mari arbitratur, ut eos, qui & ad discendum tardiores, & ad excogitandum hebetiores esse videbuntur, huius artis pra- ceptis iubeat erudiri. Q uod non iussisset profecto, nisi arte hac & ingenium acui, & memoriam ali, & animum ad in- telligendum promptiore ac paratiorem fieri existimat. Ita q; nihil Philosophos, nihil imperatores, nihil moderatores reip: magnum, aut dignum laude posse efficere existimat, à quibus Arithmetica repudiata fuerit. An non iure in tragœdijs Agamemnonem ut stultum à Palamede reprehensum pu- tamus, quod numerandi studium neglexisset? deniq; Solam

ORATIO.

Arithmeticam Solomon sapientissimus inter artes et sci-
entias liberales dignam censuit, quae cum sapientia coniunge-
retur: cuius adeo in libro sapientiae verba sunt: circunspexi, at-
que animum adiunxi, ut sapientiam et numerum scirem. Sci-
ens prætermitto quanta in numeris illis ternario, Septenario, de-
nario virtus ac diuinitas latens sit: meq; ad huius Germanam
ne. Geometriam confero, e cuius ramo dici non potest, quam per-
fectos et suaves fructus res aliae capiant. Hec est, ut quæ eius
dignitas et excellētia sit cognoscamus, omnium mathemati-
carum doctrinarum prima et præstantissima: à qua pariter
autore ipso eodem, quem modo nominaui, Archyta tarenti-
no, discēdi ratio quedam ac forma accipitur: ita ut res omnes
et faciles, et difficiles cognitu Geometria instructi facile conse-
quamur. Quamobrem Plato a geometritos, quod inepti et im-
parati ad philosophandum videntur, edicto à gymnasij sui
aditū prohibuit. Ac si nihil præstantius, ut antè dictum est, ni-
hil diuinius aīo à deo accepimus, ob id certe plurimū Geometriā
expetere debemus, quæ quoniā res omnes à sensibili materia
separatas intellectu et ratione mentis considerat, animos nos-
tros potest à rebus caducis et abiectis, quæ sensibiles sunt, in mirā
et incredibilem diuinarum contemplationem inducere. Huius
diuinae scientie cum ignara esset tota gracia, Thales milesius
ad Aegyptios patres Geometriæ se cōculit, à quibus cum ipsam
didicisset, in patriam magna cum gloria reportauit: iuuenisq;
ipse in huius rei studio et multa consecutus est, et multa poste-
ris scripta reliquit. Iā vero si Geometriæ præmia cōsideremus,
canta sunt, quanta vix queo dicere. Dicam tamen, quod apud
Flauium Iosephum scriptum est, Aegyptios olim ampliorem

ORATIO.

vita cursum à deo accepisse, quod Geometriæ, et Astrologie
studia colerent frequentissime. Aristippus ille Cyrenaicus
sapiens, cum nauis tempestatis fracta ad Rhodiorum littus
ejectus esset, animaduersis in littore Geometricis figuris animo
fiduciam capiens socios suos confirmauit, quod ad græcos et sa-
pientes, non barbaros et incolos venissent: itaq; à Rhodijs et
salutatus fuit, et beneficijs multis cumulatus: quamobrem suis
nunciari uisit, ut eas res sibi habendas curarent, quæ cum pos-
sessore in naufragio enatant. Quod si dignitatem Geometriæ
quærimus, eius certe studio sumi viri, Et maximi reges dediti
fuerunt. Inter quos satis laudari debet Ptholemaeus Rex præstā-
tissimus, qui meliore et faciliore aditū ad Geometriam cupiēs
ab euclide mathematico percontatus est, esset ne aliqua ad Geo-
metriam elemētis suis brevior via respōdit is, nulla regia via
aut calle Geometriā esse cōtentā. Si potētiā: tāta est cū geome-
triā cōnūcta, ut præter pōdera, et mēsuras, q; propria sunt eius
inuēta, magnificatēpla et disicit, urbes magnas, arces munitas,
domos, theatra, sepulchra, agrorū fines, ad quorū emēsionē inue-
ta est, terminet, instrumētabilica cōficiat, sicut regionū ad cas-
tra cōstituēda eligat, turmas dilatet, easdenq; cōrrahāt, horarū,
mensū, annorū et pacia, et instrumēta inueniat. In mūdo etiā
sue ad superiorē illā, sue ad inferiorē hāc regionē oculos cōjicia-
mus, nihil est, quod, ut optime agrigētinus Empedocles philo-
sophatus est, nō cōnūgat atq; cōseruet geometrica cōcordia, disiū-
gat atq; dissipet discordia. Quid? quod à Geometriā nō solū præ-
statiſſimæ animi virtutes, cuiusmodi sunt iustitia, reperāria,
amicitia, sed etiā omnis corporis pecies et pulchritudo plurimū

ORATIO:

sicā credidisset. Huius illi cum et auribus sonum perciperent, et
harmoniam sensu notarent, vim et fructum animo conseque-
bantur. Nec vos latere puto viri nobilissimi, quām laudatus fu-
erit Socrates sapientissimus, quod senex instituīlyra non erubus
erit: quām contra vituperatus, et habitus indectior Temistio
cles greciae princeps quod eandem in epulis recusauerit. Olau-
dandum illius factum, qui musicam senex seneclutis suæ leua-
men, sapiens sapientia et telum, homo humanitatis munus tanto
pere expetuerit: Huius vituperandum, qui eam non sine mag-
na autoritatis amissione contempserit. Quid est enim aliud mu-
sicam contemnere, nisi omnem prorsus humanitatem deponere?
imperium ostendere? mundi deniq; ipsius compositionem, quæ
musica quædam est, non contemplari? Pythagoras ille sagacis
animi vir, cum caelestium sphærarum interualla certa quadam
proportione et mensura disticta considerasset, mundum eius q;
partes omnes illa septem tonorum harmonia, quæ diapason vo-
catur, constare dixit, magnumq; ac suauem sonum sensu nostro
maiore orbes caelestes motu suo quotidie efficere. Quicq; P. ille Cor-
nelius Scipio auribus percipiens apud M. Tullium sic Aemi-
lium patrem alloquitur: quis est hic, pater optime, quis est, qui
complet aures meas tantus, et tam dulcis sonus? quod si musica
fructus magnus non esset, nec ex eius studio summatum eru-
ditio, tum delectatio animis humanis nascetur, nunquam
projecto summi viri eius studia tan copere coluisse, nec mul-
ta ac varia ad modulandum instrumenta nobis inuenissent. Quod
illit tanto diligenter et suavius effecerunt, quanto musica adres-
tus secundas, vel aduersas aptiore esse videbant. Haec saxo-

ORATIO:

Musica: mutuat: nam et forma corporis in membrorum proportione et
Symmetria consistit: et multa sepe publicis, priuatis, domestici-
cis et familiaribus in rebus Geometrica equalitate reguntur.
Sed iam tempus postulare videtur, ut aliqua vestros animos
ex tanto rerum concursu modulatione reficiam: et aureis audi-
endo defessa aliquo musicæ concentu et suauitate recreem. Cu-
ius ramum cum intueor, quanta, obsecro, in eo voluptatis et eris-
titiois copia floret. Antiquis illis temporibus, cum studio cuiq; vera
et perfecta laus tribuebatur, musicos homines et vates et sa-
pientes nominatos accepimus fuisse. Atq; ita res habebat, ut qui
artis musicæ essent rudes, ijdē ad omnia liberalia studia inepti, et
ignavi haberentur. Etenim musica cum sit dulcis, tranquilla, sua-
uis, maxime potest humanos animos lenitatem perfusos, asperitos
et perturbatione liberatos ad tranquillum et quietum mentis et
animi studiu transferre. Tūc enim intelligentia nostra suū præ-
tare potest officiū, cum animus curis, ut ait Aristoteles, et co-
gitationibus vacuus et expeditus est. Huius rei exēplū omissis
veteribus lyricis qui ad componenda carmina lyrā et plectrō
adhibebant, à regio dei vate Davide capere possumus, quem sci-
mus ad psalterium et citharam diuinā laudes decatasse. Plenius
libri, plena historicorum voces, quantum musica apud seculum
prius summi reges, et clarissimi imperatores delectati fuerint:
Quibus inter lautissima conuicia, et ornatisimos mensarum
Apparatus nulli sapore, nulleq; epulae suauiores et meliores
esse videbantur, quām deorum immortalium, ac magnorum
herōum laudes ad citharam audire: Quod non fecissent profe-
eto, nisi in musicis et voluptatem, et eruditioem summam

ORATIO.

rum duritatem, solitudinem asperitatem, nemoru densitatem percutit: huius auditu sono bestiae saepe immanes flectuntur, ac deposita feritate mitescunt: hac & iper & veneno & consistunt: huius lenitatem delphini sentiunt: hac ad bellum incitat equi: hac omnes affectus animi aut suavitate remittit aut grauitate sua astringit: iram sedat, lasciviam frangit, cupiditatem cohibet, tristitiam lenit, secundus rebus animu oblectat, aduersis solatur, tardum ad labores, duru ad lenitatem, crudelē ad clemētiam, iustū ad iustitiam reducit: huic deniq parē pueri recēs nati, quos in incubabili non modo, cū lugent, nutricis cātu lachrymas depōnere, sed etiam somno capi cernimus: nulla enim parte facilius & melius, quam auribus ad animū medicina penetrare potest. Pythagorā summū virū aiunt: cū vino tumultuq, cōcūtatū adoleſcēte videret, nec precibus amicorū deflexū, quo minus rivalis sui domū vellet incendere, mutare modū iubisse, atq ita grauitate modi animū adolescentis in temperie quandā & consonantiam regisse. Achillem etiā fortissimū scribit homerus cithara & suavitate, quā à Chirone praeceptore suo didicerat, animū saepe uicisse, et iracundiā cohibusse. Quid Sauis animū Regius Vates David cithara sua saepe temperauit. Quid illa, obsecro, qua Orpheo, & Amphioni musicū apocis attributa sunt, feras domitas, saxa per tracta, vibescantu conditas significare putamus, nisi nullam esse tantam animi feritatem, nulla tantā reip. labem, quemusicā suavitate non mollescat, atq reparetur? quare non est, cur Aegyptiorū factum probemus, qui musicam, quod ignorāū et animo mollietiē afferre uideatur, ē rep. sua eiecerunt. Plus apud me lacedemoniorum, qui bello prestantissimi fuerunt, consuetudo valebit, qui si animos hominum

ORATIO.

infringi aut dispergi, ac non potius excitari ad praelium musica credidissent, nūquā exercitus suostybiarū cātu ad prāliū pari voluisse. Quid idem fecisse Aliaitem lydorū regē memoriæ traditum est: qui fistulatores, & fidicinas ad bellū adhibuit. Quid? quod funestis etiam rebus tybiarum cantus interponi consuetū fuit: Credo ut suavitate cantus lugentium lachrymae excitaretur. Sed relicta musica, ad Astrologia iā, quæ cœlestis Arquædam musica suo iure appellari potest, ramū accedamus. Cu glia, ius inuentū, ne nobis humana aliqua res videretur, dījs illis suis immortalibus veteres attribuerunt. Evidem cum Homine ipsum considero, eiusq animo excellentem ac diuinam naturā contemplor, ea lege natum fuisse existimo, ut os sublime suum & diuinum animū ad cœlū cœlestiaq, omnia sufficienda cōferret. Interrogatus summus ille Anaxagoras quam ob causam se natum esse arbitraretur, ut cœlum (respondit) solemq ipsum videntiō cōtemplarer. quam multos fuisse legimus grauiſimos viros, & excellētissimos philosophos, quorum summa ingenia maximo cum labore in inspectione cœlesti occupata fuerunt: Floruit in astrologia apud græcos Thales ipse milesius, qui onus primus non solū defectus solis, & lunationem reperit, sed etiā defectus ipsos, antequam euenirent, futuros prædicebat: floruit Pythagoras, cui primo ueneris natura cognita est, eiusq tū progressus, tum regressus sub sole considerati: Floruit Endymion ille poetarum carminibus celebratus, cuius opera effectum est, ut uniuersam luna multiformitatem, clementum, decrementum, sinus, maculas, defectum, velocitatem, carditatem, ascensum, descensum, vim deniq ipsam, qua inferiora hæc participant, perfecte cognosceremus: Floruit Ptolemaeus ille, quem an-

ORATIO.

ORATIO.

re commemorauit, Alexandrie rex, quem ad hoc studium diuinum numine natum dicere fas est, qui cælum diu suspicendo, siderum motus contemplando, earumq; rerum omnium rationes disquiriendo præclar a nobis sideralis scientie volumina scripta reliquit. Quem etiam dicere solitum accepimus Astronomi sapientia in hominum vita multa mala, que futura sunt, remoueri, bona comparari posse: floruit Prometheus, qui se ad mortem caucasum contulit, ut in eo alligatus astrorum motus viasq; omnes intueretur: flauerunt alij etiam sapientissimi viri, quos omnes in hac cælesti disciplina, qua peritissimorum hominum iuditio cõtemplatio quædam est, sic elaborasse legimus, ut nihil in eata difficile, nihil tam occultum, nihil tam secretum, quod non diligenter ac studio facile, apertū, clarum nobis reliquissent. Certe Platonem atheniensem video cupiditate Astrologiae incēsum non modo uniuersam Aegyptum, sed etiam Italiam peragrasse, ut cū sacerdotibus Aegyptijs, et pythagoreis numeros, et cælestia omnia conferret. Quod idem aliquot annos fecisse dicitur Pythagoras, quittus Aegyptios et Persarū magos propter astrologiā adiuit. Cuius rei studiū Plato tantū, tamq; supra vultares ingenij vires positum esse arbitrabatur, ut illud diceret non posse nisi acutissimis et clarissimis ingenij strastari. In qua sententiā à sapientissimo Socrate illud (quod supra nos, nihil ad nos) dictum existimare debemus. quomodo etiā terra (ut astrologiae cōmoda narremus) ubiores fructus procrearet? quomodo medicina humano corpori oportuno tempore et cōuenienti adhiberetur? quomodo mercatorū nauigatio exerceretur, atq; eaniū rerum, quæ communis utilitas causa exportantur, uectura serueret? quomodo annorū, mēsiū, dierū, horarū distinctio cognoscere possū hoc loco dicere magnos et fortis animos ppter Astrologiæ imperitiā metu sape perturbatos fuisse. Nicias ille atheniensis imperator cū defectu lune perterritus classē de portu educere vereretur, suorū opes afflixit, et exercitū penè omnē in Sicilia labefactauit. Paulus Aemilius Scipionis pater nullam de Perse Macedonia rege victoriā, nullū triūphū reportasset, nisi suorū militū animos Eclipsis metu sollicitos p C. Sulpitii libertos recuperasset: qui in cōcionē pductus multa de vtriusq; sideris defectu sapienter et incide disputauit. Taceo de Pericle, atq; Bero so pitissimis astrologis, quorū alter atheniensis eclipsi cōfusos sedebuit: alter diuina multa premonuit, ob qd publice ī gymnaſio statuā inaurata lingua meruit. Quid? quid nō solū nos Astrologia docet, quo modo siderū cursus et stellarū iter se affectiones cognoscamus, sed etiā quo pacto animos ac mētes nras à terrenis et cōducis rebus ad cælestiū et eternarū cōtemplationē deducamus. Qd series diuinus Plato eos aī sibi astronomi noī indigos videri, qui dū superna et cælestia suspiciunt, nihil in cælo ipso, quod altius, sublimius ac diuinius sit, speculetur: sicut nec musicos perfectos appellat, qui se ipso vocis cōcētu et exteriori harmonia ad interiorē animi cōsonatiā non cōposuerint. Tātū in hoc Astrologiae studio suavitatis, et doctrina sitū est. Multa prætereo sciēs, quæ vobis cuperē enarrare, nisi me cū tēporis angustia, cui subservire sapientis est, tu vestræ defatigationis suspicio ab instituto orationis cursu retardaret. Quare quæ restat brevius et festinatius dicam, quam res tanta dici possit. Ac primum me superiori mathematicarū rerū quadriūlo satis defessum medicinā ramo inubrare uolo. Quae, quoniā corpus hoc terrenū, mortale, debile, caducū, quo cōpositum, in variis sape morbos et langores na-

ORATIO:

incidit, diuinā nobis liberalitate concessa fuit, ut non modo quae ad eius curationem pertinerent, cum agrotum est, remedia suppeditaret, sed etiam sanum aduersus periculosos ictus et incertos euentus valetudinis accommodato regimine tueretur. Quamobrem multi medicinam instaurandā defendēdā sanitatis artem, alijs salubrium, & insalubrium, & neutrorum scientiam definerunt. Magnas cum Apollo ille Pythius nostra mortalitatis miserias, et communis naturae fragilitatem consideraret, medicinā inuenit: quā deinde eius filius Aesculapius nō modo auxit, sed et hominibus prædio tradidit: quapropter eum stulta antiquitas deorum numero ascripsit, templaque, & alia celebria loca dicauit. Eōq; magis quod propter inauditam in medendo scientiam & incredibilem industriam existimatus est homines ad vitam artificio hoc reuocasse. Quanta autem vis medicinae sit, quantum fructuositas hinc maxime perspicere possumus, quod cum & communi sensu vita humana Aesculapio ictu fulminis interē pro sublata fuisset, miseri & calamitosi homines tanto opis indigentes cum miseriam, cum fragilitatem humanam, cum deniq; vitam ipsam suam tot tantisque infirmatum & dolorum insidijs obiectam contēplarentur, seq; vel acino vua paſsa, ut Annacreon poeta, vel exhausto pelo, ut Fabius senator, vel muscula morsu interire posse non dubitarent, deorum oracula adibant, templa frequentabant, aruspicum responsa consulabant, medicinam tantorum malorum præsidium obnixe petentes. Tum demum eam ē tenebris, in quibus quingētos ferè annos latuerat, & densissima nocte Hippocrates cōsūs medicorum omnium facile princeps in lucem reduxit, præceptisq; & arte illustrauit. Quod si herbarum vires, si aeris temperiem, si regionum siccus,

ORATIO:

si brutorum etiam quorundam solertiam in querēdis remedij ante oculos ponimus, iure optimo huius artis naturam & procuratricem, & magistram appellare possumus. Etenim his rebus natura ingenuit atq; impressit semina medendi, quorum cū quēdam salubria, quēdam insalubria notassent homines, ex eo arte effecerunt. Sed tamen, cum in vobis adhuc tanta attētio sit, tanta ad me audiendum voluntas, augeamus sancte huius rei laudem, simul enim augebimus & studium. Nā quis, obsecro, vestrū est, quos ego certo scio in omnī studiorum genere, ac rerum veterum lectione noctes diesq; versari, qui non intelligat summos olim & grauiſſimos viros in hoc studio maxi me floruisse Podalyrium, & Machaona illo ipso Aesculapio genitos, quos egregie & magnifice carminibus suis laudauit Homerus, Asclepiadem, Chyrona, Chrysippum, Galenum pergamenum Hippocratis tantum interpretē, aliosq; complures, quos longum ēſſet nominare, in arte mendicis clarissimos: quibus tantum laudis & honoris attulit medicina, ut eos quidem ueteres non tam cum summis viris comparando, quam ut deos extructis templis colendo existimarent. Sic igitur dijs simillimi inuentores & professores medicinae habiti sunt, cœloq; dicati. Iā si præmia medicinae considerare velimus, tum multo magis nobis compertum intellectumq; fuerit, quantum eā nō modo laudāda, sed etiam expetenda videri debeat. Nam & Hippocrate ferunt, cum pestilentie aduentum prædictiſſet, & auxiliatum discipulos ad urbes dimisiſſet, ob meritum tantum eosdem honores, quos Hercules, ab uniuersa græcia accepisse: & Erasistratū Aristotelis ex filia nepotem, cū Antiochum regem in aduersa valetudine sanasset, à rege Ptolemaeo eius filio centum talentis

ORATIO.

donatum fuisse: *et* Quintum Steriniū principibus imputasse,
quod quingenatānū HS. pro annuo salario darent. Prætereo illos
medicos celeberrimos, quos Plinius secundus commemorat,
Casios, Carpitanos, Aruntios, Albutios, Rubrios, qui
CCL. HS. constitutam mercedem Apud principes habuerūt. Prætereo illa munera, illos honores, quos Iustinianus in me
dicos, in eorū uxores, *et* liberos edictus suis cōculit. Quid si huius
Philosophia ramum, quæ corporis tantum adiutrix *et* conseruatrix est, tantis commodis, *et* honoribus plenum videmus,
quid ab ea Philosophia capere possumus, quæ animū curat, mores
componit, *et* beneiuendi rationem continet? Hanc cam Socrates
sapientissimus *et* ad constitutionē, *et* ad conseruationē
humanae societatis plurimum pertinere posse arbitraretur, omnes
cogitationes suas posuit, nullus se laboribus fregit, nec vigilijs
et curis vixit est, ut Philosophiam à rebus occultis ad stu-
dia morū *et* vita præcepta reuocaret. Huius socraticae Philo-
sophiae est alumna, atq; in eius ramo pulcherrime floret Iuris di-
sciplina, quam certe nominare multi possunt, colere *et* comen-
dere pauci. Hanc enim non prætorum vox, nō iureconsultorū
responsio, non *et* tabul. scriptura, sed ea Philosophia peperit, q
vulgo moralis dicitur. Etenim si à vobis quererem, à uobis, in
quam P.C. quos in ciuili facultate florentissimos et prudentissi-
mos esse video, quam existimationem aut sententiam de tam
singulari scientia habeatis, illud nimurum mihi responderetis,
rerum diuinarum *et* humanarum esse cognitionē: societas hu-
manæ vinculum: urbium *et* ciuitatum parentem: iustitia et
equitatis, quæ duas sunt lampades reip. facultatem. Figite nūc
animo, ac vobiscum considerate nullam esse apud homines in-

ORATIO.

ris doctrinam: nulla legum sanctorum, *et* morum præcepta:
Quid, obseero, de rebus humanis fieret? quo in statu aut ordine
vita hominum consisteret? quæ essent vincula aut fræna, qui-
bus cupiditates, iniurie, cedes, rapinae coicerentur? quis non in
vīm, intela, in insidiā latronum pāsim sine ulla spe salutis
suæ expedienda incideret? quæ regia potestas dominaretur? quæ
domus tam secura maneret, in quam quotidianus impetus ac irrup-
tiones libidinis, audacie, impietatis libere *et* impune non fieret?
Quis intelligit hæc, qui non merito à Platone iuris disciplinam
diuinum munus appellatam fuisse existimet? certe Aristoteles
admirabil sapientia vir artium omnium *et* facultatum, quæ
ad reip. utilitatem pertinent, reginam *et* principem appella-
uit. Quæ, quanto gratius nihil atq; acceptius interris illi Princi-
pi Deo fieri potest, quam ciuitates iure sociari, tanto diligentius
nobis colenda *et* expetenda est: si quidem leges optima *et* firmi-
ssima telare ip. peperit, quarū imperio cū onia tā publici, q; priua-
tis in rebus sapientissimi homines teneri videret, legē ausi sunt
vocare aeternū quiddā uniuersum mūdū regēs imperādi pro-
hibendi q sapientiā habēs: Chrysippus tū diuinarū humanarū q
rerū notitia, tū etiam recti iubitionē, prauiq; depulsionē appellat.
Pindarus hominū diuinūq; reginam ait esse: quod nihil tā iustū,
tā sacrum, tā piū, tam religiosum esse posse, quod hominū au-
dacia nō violat atq; euertat penitus, nisi legis habentis cohære-
tur: legē idcirco gladiū Reip. vocavit diuinus Plato, quo hy-
dræ capita hoc est ea quæ in cōmertijs *et* cōcilijs hominū crude-
liter, libidinose, aude, impie, malitiose sunt, amputari possint.
Nec alia ob causā poetas fixi se carminibus suis arbitror tāta
rū rerū autores nō homines, sed deos exiti se, nisi quid in le-

ORATIO.

ORATIO:

gibis diuinū quiddā inē se puerent, quo uniusē gentes & populi gubernarentur: beatā & benemorata resp. fierent. Vide te nunc. P.C. ac promagnitudine sapientia & prudētiae vestrā statuite, quantū summis illis Philosophis debeamus, qui nobis nō turbulentā aut seditiosā, vt vulgus imperiū existimat, resp. cōcitatricem, sed moderatricē & cōsruatricē iuris prudētiā inueniendā curarū. Etenim digni suūt, nec id sine autoribus loquor, quorū laudē cū maximorū imperatorum rebus gestis adē quādā putemus. Testes sūt athenē, quā ciuitatē nō minus solō cōsilijs, quā Temistocles armis & victoria salamina adiuvuit. Testis spartē, cuius si Pausanias, et Lysander imperiū bello dilatarū, Rēp. certe Lycurgus legibus ornatā & florētē fecit. Testis Creta īsula, quā Minos Rex a que legibus, ac armis defēdit. Testis Roma totius orbis terrarū caput, cui nisi Numa Pōpilius leges tradidisset, senatū Romulus constituisse, Senatus exercitus magnos delegisset, nō illud à Vergilio poeta decātū (romanos rerū dños) legeremus. Nō igitur minus Iurecōsitorū prudētiā Rēp. q; imperatorū arma p̄dēsse putemus. Quod cū intelligeret Flavius Iustinianus, iurisperitos qui defensionis suā viribus incertum statū reip. cōponunt, lapsū erigunt, fatigatū reparāt, cū illis cōparandos putat, à qnibus patriæ salus praelijs et vulneribus defenditur. Utinam tantum mihi spacum temporis tributum & concebūtum eſe viderem, quantum exopto, vt wobis hodie, quæ de pulcherrima hac & ornatissima facultate mēte animoq; concipio, omnia verbis enarrarem. Illam Theolo - Plato fēlicissimam atq; optimam remp. appellabat, in qua non temeritate aut imprudētia, quæ concordia aduersantur, sed ratione & cōcilio legū ciuilii omnia gererētur: quid nos? quāto fū

liciore & meliore Christianā rēp. appellare debemus, qua illis legibus cōstituta & fūdata est, quas non à Solone Atheniēs, nō à Lycurgo lacedēmonij, non à Numa Pōpilio romani, nō à Pythagora Samio Itali, nō à Mercurio tertio Aegyptij, nō à Phoronē rege Argui, sed nos ab ipso immēso & aeterno Deo toius universi Domino accepimus, ut, si earū imperio, quo certe nihil leuius suauius q; amātibus esse potest, parere voluerimus, nō solū ī terris hic magnā cōcordiā & trāquillitatem in animis nostris ſētiamus, ſed etiā post diſcessū à corpore ſēpētra illa gloria perfruamur. Huius Principis ac ſupremā Legi doctrina in medio illo arboris aureo ramo floret, cui cāteri circūpositi ac demīſi cā quā proprio imperatori obsequūtur. De qua cū cogito, eiusq; laude omnibus humani ingenij viribus lōge maiore eſe intelligo, vere in animū induco meū ſatiū eſe tacere, quā de re tāta pauca dicere. Verū tacere ſūme Deus, ac nō tantarū laudū ſaltēm alii quā umbelā verbis cōsequi, vere orne impietati ac negligētia mihi attribuatur. Te igitur obsecro, tuāq; eximā clementiā imploro, cui nihil magis p̄priū ac cōueniēt, quā infirma hominū ingenia cōfirmare, vt mihi hoc loco p̄ſido et adiumentō ſis. Theologia. P.C. quæ ſūma ac perfectissima ueritatis cōēplatio eſt, nō mē ſic accipere debemus, vt illud nō à poetica fabulatrice, quā veteres caci ignariq; rerū falso Theologiā appellabāt, nō ab illa quā naturali quadā ratione et mētis acumine cōsequi putabāt, Philosophorū cōēplatione, ſed à vera atq; à Deo ipso tradita doctrina profectū eſe credamus. Huius nos diuina ſciētia niſi Deū ipsum doctore habuſſemus, nullā ne minimā quidē literā intelligeremus. Verū iſe genus hominū proſſicies in tantus erroribus ita versatū, vt ignorato vero ac perfecto Deo, à quo ſalus

ORATIO.

¶ vita proficitur, inania ¶ conficta idolorū simulacra ue
neraretur, oblata iā tēporis occasione, quo misericordia sua mu
nere vteretur, filii suū in terras mittere nō dubitauit, ut effet is,
à quo studiū hoc veritatis, quæ Theologia dicitur, acciperemus.
Hac est diuina sapientia, cuius studio qui delectatur, eos nō solū
recte ¶ beate vivere, sed etiā illā superiorū vitā, cū adhuc in te
rris manet, imitari putamus: huic cōtemplationi veritatis cū an
tiqui illi philosophi omnes suas curas ¶ cogitationes accōmoda
ret, nihil nō modo, quod verū ¶ perfectū effet, intelligebat, sede
tiā ignorationē suā palam cōsuētē nihil in rebus humanis, cog
noscī nihil percipi, nihil sciri posse existimabat: in qua sententia
primus Socrates fuit, quē hercle nō possū non maxime laudare,
qui quasi huīus diuine sciētiae, iā qua nulla tenebris circūfusa, sed
verā ōnia ¶ luce illustrata cōmētur, effigie animo conciperet,
nihil ille affirmabat, sed id unū se tātū scire profitebatur, qđ
sciret se nihil scire. Hac est profecto, cui si omnis humana sapien
tia cōparetur, nō solū sapientia nomē amutit, sed etiā stultitia
vocatur. Hac cū rex ille Ptholemeus admirabiliterū diuina
rū magnitudine ¶ excellētia circūspētā cōsideraret, ne attingen
dā quidē esse cēsūt Theologiā, qđ eā nemo pro exiguitate huma
ni ingenij cōprehendere ac concipere posse videretur: nec imme
rito: siquidē hāc de Deo cognitionē cū īvestigare conaretur Simo
nides ille poeta, in hāc uoce prorupit: quanto magis magisq; cog
ito, tanto mihi res difficilior ¶ obscurior esse videntur. De hac
contemplans Pythagoras ille sānius nihil aptius ¶ conuenien
tius ad studiū pietatis ¶ religionis esse dicebat, qđ rerū diuinariū
scientiae opera dare. Odiumā sapientiā, quæ manifeste Deū no
bis demonstrat: per quā XPV M. scruatorē nostrū ex beata Vir-

ORATIO.

gine natū intelligimus. O excellētē veritatis cognitionē, que ōne
sacrosāctæ scriptura ueritatē patefacit, figurā interptatur, my
steria ōnia explanat: qua quidē uel rustici homines instrūtis
mis illis excellentissimisq; Philosophis sapientiores, ¶ beatiores
efficiuntur. O primā ac summā Philosophiā, cui certe si reliquas
artes et sciētias cōparemus, satis aplāc ornatā nobis videri de
bet, quōd ei quasi diuino numime famulētur. hac habui. P. C. que
nobis quātū per ingenij mei exiguitatē et negotiorū occupationē
licuit, de doctrinarū cōmētatione dicere: quarū studia cū iā in
nostra Lusitania cōsumpta esēt, ea certe Diuus Ioannes huius
nomini sterius Rex diuina beneficētia nobis cōcessus nō modo Rex
ab interitu reuocauit, sed etiā aplissima ¶ ornatisima effecit.
Cuius etiā insignes ¶ admirabiles virtutes, nisi vos audieō
iā defessos viderē, ea dicēdi copia enarrare, quā tātus Rex acre
gum cōnū facile Princeps requirit. Nā quē Alexādrū liberaliore
(vt veterū exēpla v̄ surpē) quē C̄sarē fortiore, quē Numāre
ligiosiore, quem Traianū equiore hoc nostro Rege antiquis illis
tēporibus fuisse accepimus? cuius vt ingenii, quod ei felicissimū
datū est, vt liberalitatē, qua non solū in suos, sed etiā in ōnes toti
us orbis terrarū homines frequentissime vtitur, ut imperiū cui
totum ferē orbe terrarū subiectū habet, prātermittam: illā cer
te multo maiore ūs et apliorē laude prātermittere nō possū, quā
communi hominū consensu consecutus est, quod acadēmia hanc
ōniū, quæ in toto terrarū orbe sunt, florētissimā cōstituit, in quā
sapientissimos ¶ grauisimos doctores ex omni ferē Europa cō
nocauit, vt pr̄eclara Lusitanorū suorū ingenia sanctissimis etiā
literis exornaret, quæ paratiſima ad militādī sciētiae habuiſet.
Quid igitur restat adolescentiis optimi? quid reliquū est, nisi ut

ORATIO.

¶ Inuictissimo Serenissimoq; Regino stro beneprecemur, et lite
rarū studia, quæ nos possunt facere, ¶ seruare beatos, manibus
pedibusq; obnixe sequamur: quod certe nos diligentius et accu-
ratius facturos putabo, si et illud à Seneca Phō. dictū ante oculos
posuerimus, vita sine lris mors est, ¶ viui hominis sepul-
tura: et nullorū tā beatā, tāq; hominibus, propter quos nos
natos esse Sthoici abitrabātur, cōmodā-vitā eſe du-
xerimus, q; eorum qui in optimo, sanctissimo,
fructuofissimo, ornatisimo, suauissi-
mō (quid pluradicam?)
literarum studio
versantur.

DIXI.

